Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

fugiendo deseruit. & in loco in quo illum sciebat esse uenturum permansit.

R. Cum uidisset beatus andreas crucem exclamauit & dixit salue crux quam diu fatigatis expectans me sicut expectasti dominum & magistrum meum. V. Expecta me sancta crux humilem propter dominum. Sic.

Proconsul egeas dixit. Miror te prudentem uirum istum uelle sectari. quem quo pacto aut sponte aut inuitum cruci tamen constiterit affixum. Andreas respondit. Hoc est quod etiam me dixisse iam retines. magnum est mysterium crucis. quod si forte uolueris audire retexam. Egeas dixit. Mysterium non potest dici. sed supplicium. R. Salue crux que in corpore xpi dedicata es & ex membris eius tamquam margaritis ornata es suscipe discipulum eius qui pependit in te. V. O bona crux quam diu desiderata & iam concupiscenti anime preparata. Suscipe. Andreas respondit.

Ipsum supplicium mysterium restaurationis humane si sapienter audias comprobabis. Egeas dixit. Ego quidem patienter audiam. sed tu si me obtemperantem non audias. ipsum crucis mysterium inter ipsum retorqueam. Andreas dixit. Ego si patibulum crucis expauescerem. crucis gloriam non predicarem.

Egeas dixit. Insanus sermo tuus. predicas gloriam supplicii. quod pre audaciam non times penam mortis. R. O bona crux que decorem & pulchritudinem de membris domini suscepisti accipe me ab hominibus & redde me magistro meo ut per te me recipiat qui per te me redemit. V. Salue crux que in corpore xpi dedicata es & ex membris eius tamquam margaritis ornata. Accipe. ... Videns andreas crucem cum gaudio dicebat quia amator tuus semper fui & desideraui amplecti te o bona crux. V. Diffusa.

In illo t. Ambulans ihc iuxta mare galylee. uidit duos fratres symonem qui uocatur petrus & andream fratrem eius mittentes rete in mare. erant enim piscatores. Et r. Omelia b. Gregorii p.

Audistis fratres karissimi quia ad unius iussionis uocem petrus & andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla uero hunc facere miracula adhuc uiderant. nil ab eo de premio eterne retributionis audierant. & tamen ad unum domini preceptum hoc quod possidere uidebantur obliti sunt. R. Orauit sanctus andreas dum respiceret in celum domini uoce magna clamauit & dixit tu es deus meus quem uidi ne me patiaris ab impio iudice deponi quia uirtutem sancte crucis agnoui.